Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Non enim in arcu meo sperabo · & gladius meus non
saluabit me ·
Saluasti enim nos de affligentibus nos · & odientes
nos confudisti
In dō laudabimur tota die · & in nomine tuo con
fitebimur in seculum · ℣p
Nunc autem reppulisti & confudisti nos · & non
egredieris ds in uirtutibus nris ·
Auertisti nos retrorsum post inimicos nros · & qui
oderunt nos diripiebant sibi ·
Dedisti nos tanquā oues escarum · & in gentibus
dispersisti nos ·
Uendidisti populum tuum sine precio · & nō fuit
multitudo in commutationibus eorum ·
Posuisti nos obprobrium uicinis nris · subsannatio
nem & derisum his qui sunt in circuitu nro ·
Posuisti nos in similitudinē gentibus · commotionē
capitis in populis